

Gortynae in Creta: descr. Halbherr (eph. ep. 7 p. 424, 5). — 1) Supplevit Mo. — 2) Tale quid periisse coniecit Hirschfeld, probabiliter; lapis tamen integer esse hac parte traditur. — 3) Hunc esse diem quo Seianus perit a. 51 (Tac. ann. 6, 25) monuit Hirschfeld. — 4) Deesse aliquid non traditur. — 5) Idem homo memoratur C. VI, 4267. — 6) Narrat Dio 58, 23 sub a. 53, tantum numerum senatorum periisse, ut ex proconsulibus, qui ex praetura provincias sortiebantur, nonnulli per tres, ex proconsulibus consularibus nonnulli per sex annos provincias obtinuerint; illorum unus hic est.

159 Ti. Caesari divi Augusti f. | Augusto | pontif. maximo, cos. V, | trib. potest. XXXIII¹, | principi optumo ac | iustissimo, conservatori | patriae, pro salute et | incolumitate eius | A. Fabius Fortunatus viator [cos.] | et pr[aet.], | Augustalis prim[us], | voto suscepto p.

In oppido Rignano ad viam Flaminiam, agri Capenatis (XI 5872 semel iterumve descripta saec. XV). — 1) A. 52/55.

160 Ti. Caesari divi | Augusti f. divi Iuli | nepoti Aug. pontifici | maximo, cos. V, | imp. VIII, tr. pot. XXXVIII¹, | auguri, XV vir. sacr. ¹ faciend., VII vir. epulon.², | L. Scribonius L. f. Vot. Celer | aedil. ex d. d. | pro ludis.

Antii rep., nunc in museo Veronensi (VI 905). — 1) A. 56/57. — 2) Raro (ut etiam II 2062. X 8088) memorantur quattuor sacerdotia amplissima in titulis Tiberii cf. Mo. Staatsr. II p. 736.

161 Herculi invicto | Ti. Iulius Augusti f. divi nep. Caesar Aug. | imp., pontifex maxumus, ded. | !!!!!!!!!!!!!

Tucci in prov. Baetica, descr. Huebner (II 4660). — Et Iulii nomen Tiberio inditum mirum est — reperitur id praeterea tantum in lege de imperio Vespasiani (infra N. 244) et in titulo Graeco Ephesi rep. (Wood discoveries at Ephesus, inser. from the Augusteum n. 14) — et consecrationis in Augusto mentio ommissa, nam post consecrationem Augusti titulum positum esse demonstrat pontificatus maximus. Mihi videtur titulus posse pertinere ad donum datum Herculi a Tiberio adulescente in Hispania morante (cf. ad N. 444), restitutus post longam annorum seriem, fortasse iussu Neronis, cuius nomen vide ne erasum sit in fine.

162 Romae et imp.¹ Ti. Caesari | Augusto sacrum | (reliqua legi non potuerunt).

In provincia Africa loco dicto Mograva (VIII 685). — 1) Nota iuncta praenomina Tiberii et imperatoris, id quod factum esse videtur etiam VIII 40492; cf. supra ad N. 452 not. 4.

163 aquam Augus[tam] | in honorem [Ti. Caes]aris Augusti n[epo]-tumq. eius Pelt[uin(um)] | adduxer(unt) pr(o) ae[tern.]¹ Caesarum | Salvieni Paul[us et] | Florus | aed. q[ua].

Aquilae rep., sed prodiit lapis puto ex ruderibus oppidi Vestinorum Peltuini (IX 4209). — Titulus positus post mortem Drusi, cum hic non memoretur; nepotes sunt aut Nero et Drusus Germanici filii, aut horum frater Gaius cum Tiberio Drusi f. — 1) Supplevit Mo. De formula voti quae fuit pro aeternitate Augusti cf. Henzen act. Arv. p. 444.